



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.

LACRVMÆ RELIGIOSÆ
IN
FVNERE INDICTIVO
VIRI

SVMME REVERENDI MAGNIFICI ATQVE
EXCELLENTISSIMI

DN. CASPARIS
LOESCHERI

SS. THEOLOGIAE DOCTORIS

EIVSDEMQUE

PROF. PVBL. PRIMAR. CONSISTOR. ASSESSOR.
SENIOR. ET SVPERATTENDENTIS GENERALIS
VITEMBERGENSIS

D. XI. JVL. A. S. R. MDCCXVIII.

PLACIDA MORTE OBEVNTIS

D. XIV. AVGVST.

SOLEMNI POMPA

SEPELIENDI

IN

SACRAM MEMORIAE ET PIETATIS VRNAM
EFFVSAE

AB


VNIVERSIS

MENSAE REGIO-ELECTORALIS
ALVMNIS.

VITEMBERGAE SAXONVM

IMPRIMEBAT IOANNES LVDOLPHVS FINCELIVS



uae se nox caeca tristis caligine uoluit,
Cimmeriisque uelut tenebris tegit anxia
moestae

Moenia Leucorae? Ciuēs moerore tenentur,
Lataque diuerso miscentur compita luctu,
Funereisque sonat subito clangoribus aether.
Rostra cupressiferis cinguntur sacra coronis,
Non hederæ laurique decent, nec laeta triumphos
Gens sacrata canit, nec curat pulchra tropaea.
Cuncta stupent potius funesto horrore, ferumque
Vndique testantur feralia signa dolorem.
Quid? quod et Eusebie sparsos lacerata capillos,
Demittensque oculos, faciemque in puluere figens,
Attonito haec fatur lugubria gutture uerba:
O funesta dies, nigroque notanda lapillo!
Quae nostri penitus sidus iam iamque recumbens
Extinxit caetus, et totum lumen ademit,
Lethalique sacros radios abscondidit umbra.
Plangite sollicitae mecum meae turba capellae,
Et lacrimis rorate genas, scissisque capillis
Interitum Vestri Custodis flete fidelis.
Qui uestras animas caelesti Nectare quondam
Panit, et aethereas sitientibus attulit undas,
Ille abiit, nostrum nunquam reuocandus in orbem.
Plangite, sic pietas imis infixæ medullis
Postulat, et sacrum studium iubet, addite planctus,
Moestaque praepoeris contundite pectora palmis.

*Siccine depressas moles ruit omnis in aedes,
Atque rates fragiles Euri Corique lacescunt,
Gurgitibusque feris abscindere carbasa tentant?
Nullane spes superest reparandae grata salutis?
O telum aduersum! o fatorum incommoda dura!
Tempus adest, canas cum sternens messor aristas,
Sole sub ardenti flauentia demetit arua.
En! nudi ablato comparent gramine campi,
Sertaque cum spicis foecunda amisit Eleusis,
Nullus bonor ruri est, nec splendent frugibus agri.
Sic etiam sacrum mors importuna profanat
Falce sua, fulcrumque sacra prosternit in aede,
Et columen rapido deiecit fulmine templi.*

LOESCHERVS cecidit, cecidit laus maxima
nostrae

*Leucoreae, Nestorque sacrae, quae Diua Lutheri
Pectore sincero ueneratur dogmata, gentis,
Seu numerare uelis longaeuae secula uitae,
Seu potius placeat facundae copia linguae.
Quam labium celeri pollebat fulmine doctum,
Suadaque Nectareo celebris florebat in ore?
Dicite plangentes funebria carmina Musae,
Attonitisque haerete animis, nec culmina Vestri
Consuetis resonent citharis moerentia Pindi.
Suada riget, sacraeque iacet facundia linguae,
Nec potuit blandis uinci mors improba uerbis.
Nec tamen ille iacet totus sub puluere terrae,
Parsque leuis saltem nigro tumulatur in antro,*

Fama super caelum uolitat, regnâtque per aëthem,
Quaeque sibi peperit Musarum munere, tandem
Victuris uiuent aeternum nomina Chartis.
Clara mori nescit uirtus, nec splendida uitae
Gloria mancipium mortis perhibetur et urnae.
Leucoris ipsa sacro Zeli perfusa calore,
Officiique memor, non siccis tristia busta
Aspiciens oculis, luget miserabile fatum,
Atque Tuas dotes uno deprædicat ore.
Ipsaque Doctorum series ueneranda gemiscit,
Deliciumque suum moerenti pectore lugens,
Funebrem tacito modulatur murmure lessum.
Quid? quod Saxonici nitidissima Lumina regni,
Quorum Consiliis faustis Respublica tuta est,
Huncce suum merito solem Patremque queruntur,
Pucniceoq; tegunt radiosque iubarque colore.
Nonne igitur nostrae meditentur Carmina Musæ?
Atque Tuum, Venerande Senex, in marmore nomen
Quod plus Phidiaco Pallas caelare labore
Et studuit claris Heroum intexere peplos,
Pectore sincero sancte uenerentur, et arrham
Deninctae ad tumuli deponant scrinia mentis?
Urna madet lacrimis, rorantibus undique guttis,
Nec quisquam potuit gemebundum abstergere fletû,
Sic Tua mors subito cunctorum lumina soluit.
Vos tamen interea pia molliter ossa cubate
Clausâ sub hoc saxo, donec tuba sacra per astra
Vos nocet ad superi Consortia dulcia caeli.

Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 17
W 18



152

LACRVMÆ RELIGIOSÆ
IN
FVNERE INDICTIVO
VIRI

SVMME REVERENDI MAGNIFICI ATQVE
EXCELLENTISSIMI

DN. CASPARIS
LOESCHERI

SS. THEOLOGIAE DOCTORIS

EIVSDEMQUE
PROF. PVBL. PRIMAR. CONSISTOR. ASSESSOR.
SENIOR. ET SVPERATTENDENTIS GENERALIS
VITEMBERGENSIS

D. XI. JVL. A. S. R. MDCCXVIII.

PLACIDA MORTE OBEVNTIS

D. XIV. AVGVST.

SOLEMNI POMPA

SEPELIENDI


IN

SACRAM MEMORIAE ET PIETATIS VRNAM
EFFVSAE

AB

VNIVERSIS

MENSAE REGIO-ELECTORALIS



Farbkarte #13

B.I.G.

